

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mors s
cum fonte primo

Nichil interest utrum abiures depositum
an doleas restitutum; in utroque fidei
ambiguum uite periculum est.

Nihil interest, utrum abiures depositum
an doleas restitutum. In utroque fidei
ambiguum, vitae periculum est.

Ambrosius Mediolanensis, *De excessu
fratris*, 1, 3 (CSEL 73, O. Faller ed.,
p.210, ll.6-7).

Quid tam secundum naturam
quam referre graciam auctori?

Quid est enim tam secundum naturam
quam referre auctori gratiam?

Ambrosius Mediolanensis, *De excessu
fratris*, 1, 45 (CSEL 73, O. Faller ed.,
p.234, ll.3-4).

Non amitti sed premitti uidentur
quos non assumptura mors sed
eternitas receptura est.

Nos vero, ut erectiores praemio, ita
etiam patientiores solacio esse debemus;
non enim amitti, sed premitti videntur,
quos non adsumptura mors, sed
aeternitas receptura est.

Ambrosius libro de excessu fratris.

Ambrosius Mediolanensis, *De excessu
fratris*, 1, 71 (CSEL 73, O. Faller ed.,
p.246, ll.8-11).